



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi  
Maioris Apvd Heripolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ...  
Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri  
potuerunt, omnia**

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem  
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;  
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd  
Heripolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica  
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius  
fundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum  
MCCCLXX. II. Coenobii ...

**Trithemius, Johannes**

**Francofurti, 1601**

LV. Reverendo In Christo Patri Ioanni Trithemio Abbatи Spanhemensi,  
Iacobus Trithemius frater S.

**urn:nbn:de:0128-1-17336**

Trithem  
Opere  
Historia

486

## EPISTOLÆ FAMILIARES

illos in monasterio religiose contineas, & monasticam obseruantiam in uiolatam custodias. Fratres ut pro nobis orient ad Deum commonefacito, quos omnes in charitate Iesu Christi salutamus. Vale ex Berlino. 8. die mensis Ianuarij Anno Christianorum, M.D.VI.

LV.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI IOANNI TRITHEMIO ABBATI  
Spanhemensi, Iacobus Trithemius frater S.

LITERÆ paternitatis tuæ ingens mihi attulerunt gaudium, quibus te sanum & incolorem esse cognoui. Præterea scire statum meum cupis. Tenero breuiter, mediocris est. Dei bonitate sanus sum, & sine pecunia diues. Post tuum à Neometi recessum ad Wachenheim veni, paucisque ibidem diebus commoratus, mox perpendi homines & meorum obsequiorum & tuorum oblitus beneficiorum toruis me vibrare ocellis, inuidenterque studijs meis, ad lapides & lutum reuocare nolentem. Nolui ergo diutius manere cum hominibus ~~axiæ~~ <sup>et</sup> ~~axiæ~~ <sup>et</sup> ~~axiæ~~, qui nec beneficiorum sunt memores, nec promissorum exhibentes. Abbatii multis diebus ut nosti in Colonia scriptor seruui, & propter eū quos amicos habere poteram offendit, tempus apud illum mihi sine fructu expendi, vestimenta contrui, & nihil ab eo penitus pro mercede obtinui. Ecclesia, quam mihi assignare volebat, in salicum valle pauperissima est, domus habitationis sacerdotalis cum vico incendio consumpta. Habeat cam sibi & valeat, quia non est mihi animus apud illum manendi. V. 20 tinam tibi potius acquiescere quam petitionibus eius, perrexisseque in Marchiam tecum, melius mihi foret, quam gratis illi seruuisse. Contempsa igitur vanissima spe Treverim descendit & aliquandiu cum parentibus mansi, quoisque per singulos gradus ad ordinem sacerdotalem processi. Iam deinceps faciam quod hortaris, & cum Damio nostro manebō donec venias. Vale sanus. E Spira 11. die mensis Nouembris Anno 1505.

LVI.

IOAN. TRITHE. AB. SPAN. IACOBO TRITHEMIO FRA-  
tri amantissimo, Salutem.

A DHVC Deo largiente valemus: si vales & tu bene es. Non latebat nos cui seruires, qui ~~τὴν ἀκαδημίαν αἰρόμενος~~ quam optime nouimus fidum experti. Sed quoniam i-  
tibi complacuit, si perdidisti laborem, tibi noueris imputandum. Quamprimum por-  
ris parentibus scribe, nos saluos & incolumes, & ut senectutis suæ curam habeant, nihil de  
nobis solliciti. Omnipotens Deus sua miseratione nobis ut confidimus necessaria sine pa-  
rentum sollicitudine prouidebit, etiam si ad Spanheim nunquam reuertamur. Remittit  
Prior humilia atque dulcissima scripsit, cupiens nos ad monasterium quantotius reuerti,  
cui rescribentes verba retulimus, donec mentes hominum plenus exploremus.  
Non enim deinceps facile credemus semel tam enormiter decepti. Cum ergo Neometim  
aut Budorim reuersi fuerimus, agemus ne nos lateant fratrum animi, & tum demū quod 40  
nobis videbitur vtilius faciemus. Quod si manere foris contigerit, nihil ad nos, quippe qui  
carere ingratu monasterio quam manere cum improbis ouibus magis eligimus. Vale ex  
Berlin. 8. die mensis Ianuarij. Anno Christianorum M.D.VI.

LVII.

THEODORICVS EPISCOPVS LVECENSIS, IOANNI TRITHE-  
mio abbati Spanhemensi, Salutem.

Q Vos ad te optimum patrem salutandum probos & inclytos philosophos lambicum  
& Proclum cum cæteris pridem misimus, quoniam se modo apud tuam paternita-  
tem habeant, pro eorum honorificentia nostroquo in eos amore putauimus requirendū,  
cum vel officio iam prope functi, vel quicquid tu ex eis requirendū putaueris, eo te po-  
titum optimeque illis vsum pro sua liberalitate, Tantaliq[ue] phiala amicitiae firmando  
gratia vos vberime potos arbitramur. Ne igitur vel ocio torpescant, vel non placit  
dioribusque subintransibus abiectiori loco contemptuique, ut fieri solet, haberentur pul-  
ueribusq[ue] iordescerent, reuocando existimauimus. Credimus eriam à te desfatigatos adeo,  
ut iam regidi or illis monastica illa, qua religiose pater admodū vteris, censura perturbas  
plurimum. Quod si ita iudicaueris, tua eos pro honestate pace redire sinito. Si autem tibi  
ad con-